Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

℟. Fili noli deficere a disciplina domini
et ne fangeris cum abeo argueris.
quem enim diligit dominus corri
pit et quasi pat in filio complacet sibi.
℣. Audi fili mi disciplinam patris tui et ne
dimittas legem matris tue. Quem enim.
℟. Audi fili mi disciplinam patris tui et ne
dimittas legem matris tue ut multiplicen
tur tibi anni uite tue. ℣. Honora dominum
de tua substantia et de primitiis frugum
tuarum da pauperibus. Vt multiplicentur

Sapientia Vnde super a.

Clamitat in plateis si quis di
ligit sapientiam ad me decli
net et eam inuenet et eam dum inuene
rit beatus est si tenuerit eam. ℣. Sapien
tia edificauit sibi domum excidit colump
nas septem subdidit sibi gentes superbas q;
et sublimium colla premit iniuste calcant.
℣. Omnis sapientia a domino deo est et cum
illo fuit semper et est ante eum ab eterno
go in altissimis habito et thronus meus
in columpna nubis. ℣. Sicut malum
inter ligna siluarum sic dilectus meus
inter filios adolescentes. ℣. Dominus possedit
me initio uiarum suarum ante quam quicquam
faceret a principio ne dum erant abyssi
et ego parturiebar quando preparabat celos aderam cum eo componens
omnia. ℣. Prebe fili cor tuum in oculis
tuis ut deant equitatem ut addat gratiam
capiti tuo. ℣. Magna enim sunt iudicia tua domine et inenarrabilia

Verba tua magnificasti
populum tuum et honorasti.

Domi secundi p. l.

Verba ecclesiastes
filii dauid regis ie
rusalem. Vanitas uanitatum dixit
ecclesiastes. omnia uanitas. Quid
habet amplius homo de universo
labore suo. quod laborat sub sole. Ge
neratio preterit et generatio aduenit.
terra autem in eternum stat. ii. Oritur sol
et occidit et ad locum suum reuertitur.
ibique renascens gyrat per meridiem
et flectitur ad aquilonem. Lustrans uni
uersa in circuitu pergit spiritus et in cir
culos suos reuertitur. Omnia flumina
intrant in mare et mare non redundat.
Ad locum unde exeunt flumina re
uertuntur ut iterum fluant. iii
Cuncte res difficiles non potest eas
homo explicare sermone. Non satu
ratur oculus uisu nec auris impletur
auditu. Quid est quod fuit. Ipsum quod
futurum est. Quid est quod factum est.
Ipsum quod faciendum est. iii Nichil
sub sole nouum. nec ualet quisquam
dicere. ecce hoc recens est. Iam enim
precessit in seculis que fuerunt ante nos.
Non est priorum memoria. sed nec eorum
quidem que postea futura sunt erit re
cordatio amplius apud eos qui futu
ri sunt in nouissimo. ℣. Ego
ecclesiastes fui rex in ierusalem.